



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

29. De Cananæa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

tes reducere. Applicari potest hæc historia ad
 sacram Communionem. 1. ardens præcedat de-
 siderium, quo magis provocatur Deus, ut ve-
 niat, quàm si peteretur, præsertim, cum non pe-
 to, quia indignum me puto. Deinde conscen-
 dam arborem crucis per opera mortificationis,
 ex qua videam Christum, contemplando bona,
 quæ secum affert, quocunque venit. 2. Audiam
 ab illo : *festinans descende, quia hodie in domo*
tua oportet me manere. Accurram, parabo do-
 mum per confessionem puram, & ornabo san-
 ctis affectibus, & maximè dulcescat verbum il-
 lud : *quia in domo tua oportet me manere.* Volo
 uti hospitio tuo, & mensa: pascitur autem san-
 ctis cordis nostri affectibus; & pascit ipse nos se
 ipso conviva, & convivio. 3. In gratiam hospi-
 tis magna facere, proponam firmo animo, &
 mox exequar : uti Zachæus, ut audire merear;
quia hodie domui huic salus facta est, toti do-
 mui, omnibus animæ facultatibus, ut ex omni-
 bus amem, & serviam Deo. Amen.

1.
Fames &
sitis.

2.
Præpa-
ratio.

3.
Proposi-
ta.

MEDITATIO XXIX.

De Cananea Matt. 15.

PUNCTUM PRIMUM.

Quàm bene oraverit. 1. Insigni fide, confi-
 tens Christum : *Filium David,* & poten-
 tem per se dare : *Miserere mei Domine.* 2. Ma-
 gna charitate, *mei,* inquit, *miserere:* malum fi-

Virtutes
orantis.

1.
Fides,
2.

Y 5

liæ

Charitas
vel hu-
militas.
3.
Reve-
rentia.
4.
Affectus
5.

liæ suum ducens, vel etiam ex humilitate, suis illud tribuens peccatis. Hoc duplici affectu orandum pro aliis, quasi pro re nostra, & culpando nos ipsos, ita Sancti consueverunt. 3. Magna reverentia: nam *procidit ad pedes ejus*. 4. Affectu magno, unde clamabat. 5. Constantia, cum toties repulsa institerit orationi. Ita orandum.

Con-
stantia.

PUNCTUM II.

Pro-
bat eam
Christus

Christus probat mulieris virtutem: non respondet ei verbum, imò, quasi canem rejicit à se. *Non est bonum panem filiorum dare canibus*. Valet ad disponendam animam probatio talis, sed nec adhibetur, nisi solidis in virtute. Probatio est. 1. Patientia: nam duriter excepta, non est turbata, aut conquesta, ut destitit orare. 2. Humilitas: nam pro cane habita, consensit: *etiam Domine*, & contenta est catellorum nomine, & fortè: *nam & catelli edunt de micis*. 3. Prudentia: nam, unde abjiciebatur, sumit occasionem urgendi petitionem suam, siquidem canis sum, peto, quod canibus non denegatur.

1.

2.

3.

PUNCTUM III.

Laudat
& exau-
dit.

Christus I. laudat. *O mulier! magna est fides tua*: ostendit mirificè se affectum ex fide mulieris, aliàs suos discipulos arguit modicæ fidei. 2. Donat. *Fiat tibi, sicut vis*: & propter hunc sermonem, vade: exiit Dæmonium à filia tua. Tribuit illius sermoni expulsionem Dæmonis,

monis, sermoni humilitatis tam insignis, quam Diabolus exhorret.

MEDITATIO XXX.

De servo Centurionis. Luc. 7.

PUNCTUM PRIMUM.

Virtus Centurionis. 1. Pietas: qua etiam pro servo suo tam sollicitus est. 2. Humilitas: qua indignum se putavit accessu ad Christum, & ideo submisit pro se deprecatores alios, qui tamen eum dignum beneficio deprædicarunt apud Christum, ob bona multa opera pietatis: nam ædificabat Iudæis synagogas, cum esset gentilis, & alia faciebat. 3. Fides: qua credidit posse Christum absentem conferre sanitatem. Unde, etsi corpore non accessit, attamen fide, accessit: sicut Matthæus ait: ipsum accessisse ad Iesum. Mat. 8. 3.

1.
2.
Pietas & humili-
tas Cen-
turionis.
3.
Fides.

PUNCTUM II.

Centurio deprecatur, ne Christus ipse veniat. Cum iret, & non longè esset, misit ad eum amicos, dicens: Domine noli vexari, non enim sum dignus ut intres sub tectum meum: propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. 1. Eximia humilitas quæ Deum trahit ad se: nam jam ibat Christus, & appropinquabat. Contrà autem Regulo, qui præsens rogabat, ut descenderet pro filio sanando, durius

1.
A Christi-
sto ho-
noratur.

fuis
uo-
pan-
igna
Af-
tan-
Ita

re-
icit
bu-
alis,
ba-
est
lu-
am
, &
en-
io-
anis

des
ide
fi-
ter
fi-
æ-
nis,